



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

XVIII. De adulteriis, stupro, raptu & incestu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

DE ADVLTERIIS, STVPRO, RAPTV, ET INCESTV.

TITULUS XVIII.

§. 1. De adulterio, & que ejus pœna.

Adulterium est alieni tori violatio, §. Cum ergo vers. adulterium verò est xxxvi, quæst. 1, & propriè in nuptiam committitur de jure Civilis, l. Inter 6, §, lex Iulia D, Ad L, Iul. de adult., Fugitivus 225. D, De verb. fig. ex sententia §§, Canonum etiam in solutam mulierem à coconjunto, can. 19, & can. fin. 32, qu. 5, cum hoc jure eadem in marito, qua in uxore, castimonia requiratur, can. Nemo blandiatur xxxii, qu. 4, can. Apud nos d, qu. 5. Adulterex præscriptio juris Civilis, ubi criminaliter actum est, gladio plectitur, l, Quamvis 30, in fine C, Ad L, Iul. de adult. §, item lex Iulia Inst. De publ. iud. Addo Cujac. obser lib. 20, cap. 18, adultera verò verbibus affecta, in monasterium deriuditur, potestate interim marito reliktâ eam intra biennium repetend; §, Signando Novel. vi nulli iud. Auth. Sed hodie Cod. Ad L, Iul. de adult. Idem receptum videtur à iura Canonico in cap. Gaudemus 19, Ext. De convers. coniug. At ubi civiliter, hoc est, ad separationem tori actum est, separatione factâ, dos & donatio propter nuptias innocentij conjugi applicantur, §, quia verò pluri- mas Novel. 17, vi liceat matri & avia, cap. Plorunque ext. De donat. inter vir & ux cap. 1, Ext. Vi lite contreb. 2, Quamvis hoc judicium non planè Civile sit, sed mixtum, id est, criminaliter & civiliter exerceatur, e, 5, Ext. Deprocurat.

§. 2. Maritus, adultera uxore, ingredi potest monasterium.

Quod sit, at maritus, adulterâ uxore, monasterium ipse ingredi possit, cùm à jure solvendi debitum conjugale uxori adulterâ solutus sit, cap. Constitutus 15, Ext. De convers. coniug. b

§. 3. Casus, quibus propter adulterium non sit separatio.

Vbi tamen uterque conjux adulterium sive fornicationem admisit, agi non potest ad separationem tori, sed mutuâ compensatione delicta tolluntur, e, pen. & ult. ext. De adulter. & xxiii, quæst. 6, per tot. l, Viro 40, D, Sol. matrim. Idem est, ubi alter alteri adulterii committendi auctor fuit, aut factum probavit, cap. Discretiōem 6, Ext.

De quo cognovit consang. l, Cum mulier 49, D, Sol. matrim. l, Si uxor 13, § fin. D, Ad L, Iul. de adult. Cur enim, inquit se iste Scavola, improber maritus mores uxoris, quos ipse aut antè corruptit, aut postea probavit, d, l, Cum mulier. Et cum adulterium sine dolo malo non admittatur, l, per D, D, Ad L, Iul. de adult. consequens est, nec eam ab usu tori submovere posse, quæ vel falsò credens maritum mortuum, alteri nupst, can. 1, xxxiv, qu. 1, cap. 2, Ext. De fec. nupt. vel errore lapsa se alteri tamquam marito suo eomiscescunt, can. In ledum ead. quæst. 1, iuncta, 1, igitur 22, vers. & generaliter D, De liberal. caus.

§. 4. Defœna in Clericos adulteros.

Atque hæc in laicos statuta sunt. Clerici verò propter adulterium admissum à se, deponuntur à judice Ecclesiastico; nisi peracta pœnitentia cum iis dispense Episcopus, cap., Cum non ab homine 10, iuncto c, At si Clerici 4, § fin Ext. De ind.

§. 5. De stupro & eius pœna.

Stuprum committitur, si quis sine vi virginis vel viduæ honestè viventi vitium intulerit, l, Inter 6, § stuprum D, Ad L, Iul. de adult. §, item lex Iulia Inst. De publ. iud. Eiusque pœna est ex jure Civili in personis honestis, publicatio dimidiaz parriciorum; in humilibus coercitio corporis, cum relegatione, d, §, item lex Iulia. Nonnumquam gravius vindicatur, pro personarum & delicti qualitate, us in d, § item lex Iulia vers. sed & eos in l, 1, §, fin D, De extraord. crim l, unica Cod. de mulierib que se prop servis iunx in l, Si quis aliquid 28, §, quinundum D. De pœnis in l, unica C, Si quis eam. Ex prescripto verò §§, Canonum compellitur is, qui stuprum virginis intulit, eamdem docare & in uxorem ducere: nisi pater virginis nolit eam duci; quæ specie dotasse eam sufficit. Sin ipse stuprator nolit eam in uxorem recipere, tunc hinc corporaliter castigatus, & excommunicatus in monasterium ad agendum pœnitentiam detinatur, e, i, & 2, Ext. De adult.

§. 6, D

TIT. XVII. DE HOMICIDIO VOLUNTARIO ET CASVALI.

721

§. 6. De poena stupri sacrarum Virginum.

In eos verò, qui sacris virginibus stuprum intulerunt, hæc poena constituta est à sexta Synodo: Si quis, inquit, Episcopus, Presbyter Diaconus aut Subdiaconus, aut Lector, aut Psalmista, aut Ostiarius, cum muliere sanctificata Deo, mœchatus fuerit, deponatur, quia sponsam Christi corrupit: Si verò laicus, excommunicetur, can. Si quis Episcopus xxvii, qu. 1, adde cap. Cum non ab homine Ext. De iud. & can. 5, ead qu. 1, Amplius ex Justiniani constitutione, res ejus monasterio applicantur, aliaque poena hoc scelus coercetur, Novel. 123, §. penult. can. Si quis rapuerit xxvii, qu. 1, De fornicatione cum filia spirituali vide can. pe- nult. & ult. xxx, q. 1.

§. 7. De raptu, ejusque poena.

Raptus est, si honesta virgo, vidua, veletiam uxor alterius abducitur, licet non in vita; præcipue verò, si Deo dicata sit virgo vel vidua. Poena ejus est in raptorem & ipsius comites, ultimum supplicium & bonorum ademptio, quæ raptae mulieris ingenuæ, vel aliis, juxta ordinem juris civilis applicantur, l. unica C, De raptu virg. & Nov. 123, de raptis mulierib. ubi de his latius adde & d. Nov. 123, §. penult. & can. Si quis rapuerit xxvii, q. 1, Item interdictio matrimonii inter raptorem & raptam, ex Justiniani constitutione, d. l. unica & d. Nov. 123. Quod tamen iure Decretalium immutatum est, c. fin. & pen. Ext. De raptorib. dummodo raptæ à raptore separata, & in loco tuto constituta, liberè cum raptore contrahat; alio qui quamdiu in potestate raptoris est, nullum inter eos consistere potest matrimonium. Concil. Trid. sess. 24, cap. 6, de reformat. matr. adde & can. Puel. l. xxxvi, qu. 2, aliisque poenis hoc crimen persequitur Coacilium Trid. quas suprà retulimus, lib. 2, tit. De homicidis, adulteris §. fin.

§. 8. De incestu.

Incestus committitur per concubitum cum consanguinea vel affine, can. De incestis xxxv, qu. 2, l. fin. D, De ritu nupt. non tamen quavis, sed cum qua interdictæ sunt nuptiæ. Covarr. in 4, lib. Decr. in 2. parte cap. 6, §. 8, juge que diximus suprà de cognatis & affinib. Unde & nuptiæ inter hos de facto contractæ, incestæ appellantur, Novel. de incest. nupt. in princ. l. fin. C, Deinceps. & in null. nupt. can. Nec eam xxxv, qu. 1. Sed & virginum Deo consecrata cum non solum incesta, sed & sacrilega con-

junctio est, can. Virginib. can. Si quis sacro xvii, qu. 1.

§. 9. De poena incestus

Porrò incestus poena eadem est, quæ adulterii l. Si adulterium 38, in princ. D, Ad L, l. ul. de adult. Covarr. d. loco: incestarum verò nuptiarum, exilium & bonorum publicatio; si tamen liberis alio matrimonio legitimi non super sint. Præterea in vilibus personis additur corporis coercitio, Nov. 12, de incest nupt. l. 4, C, eod tit. addo Covarr. d. loco. In eum verò, qui virginem Deo consecratam jungendi matrimonii causâ vel saltem attentaverit, capitalis poena constituta est, l. Si quis non dicam 5, C, De Episc. & Cleric. adde & Nov. 123, §. pen. Et hæc juris civilis sunt. A jure Canonum incestuosis fidelium communione & matrimonio etiam cum alia interdictur, can. fin. xxxv, qu. 8, can. Quidam cum aliquo seqq. xxxii, qu. 7, can. 8, 9, & 10, xxxvi, qu. 1, cap. 1, 2, 4, & 8, Ext. De eo qui cogn. consang. licet contractum cum alia permittatur: cum non sit impedimentum ditimens, sed tantum impediens matrimonium, cap. Transmiss. 4, ext. d. tit. Addo Navar. in Manuali cap. 22, num. 74, cum seq. & suprà it. de imped. non dirimebus.

Notatio in tit. 18.

a Eisi in hac repares sint maritus & uxor, ut propter alterius adulterium sive fornicationem alicer agere posse ad separationem sorti: tamen in hac distantia quad. luxurum dotti, & donationis propter nuptias, quid uxori ob solum adulterium dotem amittat, maritus verò non amit, quām si frequenter cum alia muliere regerit, & bis meritus non respicerit. Ita enim colligitur ex Novel. 127. Ut licet matri & aviz, §. caulas vers. si quis in sua domo. et de hac materia vide latius Did. Covarr. de matrim. part. 2, cap. 7, 8, 5, &c. 6.

b Sed an occidere licet marito uxorem suam in adulterio deprehensam? Minime, quamvis ius sum adulterum, se uilis persona sit, impunè occidat domi sua in adulterio repertum, l. Marito 24, D, Ad L, Julian de adul & l. Gracchus C, cod. tit. Item & iure Novell. licet marito occidere quemcumque adulterum in superficie loco cum uxore colloquentem; dummodo prius eum ter in scriptis admonuerit, ut videre est in §. his quoque Novell. 117. Ut licet matri & aviz, in Auth. Si quis C, Ad L, Jul. de adul. Sed hac ex concessione juris Civilis; quo etiam permisum est patri adulterum quemcumque cum filia, etiam in domo mariti, in eodem

Yuuu

delitte

delicto inventum occidere; modò & ipsam filiam simul vel in continentia occidat, eaque in ipsius potestate sit, non sui iuris, l. Patri 20, cum 3, ll. seqq. D, jam d, rit. At de iure Canonico hac nullatenus permittuntur matrio & patri, per text. in can. Inter hæc admouere in vers. nam si verum, & can. Si quod verius 33, qu. 2, latius Covarr. cap. 7, §. 7, num. 15, de matrim. p. 2.

g. Is. verò qui eam ducere prohibetur; utpote alia uxoratus, aut sacro Ordine insignitus, nibilominus ab dorandum eam tenetur. Nam licet hic à matrimonio contrahendo liberatus sit, non tamen à dote danda vel constituenda, sicut utrumque sit in obligatione, arg. l. Celsus 28, § 1, D, De recept. arb. Panormit. & Henr. Boich ad cap. 1, & cap. 2. Ext. Deadult, ubi latini vide.

DE CRIMINE FALSI.

TITULUS XIX.

§. 1. Quid sit falsum.

Falsum nihil aliud est, auctore Justiniano, Novel. 73. De instrum. cauit. in princ. quam veri imitatio. In crimen verò & coercitionem falsum incidit, si dolo malo adomitatur, l. Nec exemplum 20, C. Ad L. Corn de fals. Vnde qui falsum dicit, quod putat verum, falsi crimine non obstringitur; cum non tam fallat, quam fallatur ipse, can. Homines cum can seq. XXII, qu. 2.

§. 2. Quibus modis falsum incurritur.

Variis modis crimen falsi incurritur, sicut multis exemplis comprobant Juris utrinque tituli, in Decret. De crim. falsi, in D, & Cod. Ad L. Corn de fals. quæ facilioris doctrinae causâ ad hæc quatuor capita revocari possunt: Autenim falsum admittitur dicto, aut scripto, aut facto, aut usu. Dicto, ut in teste, qui falsum dicit, aut verum supprimit, cap. 1, Ext. hoc tu l, 1, D, Ad L. Corn de fals. Vt que Deus est, inquit textus, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodest non vult, & iste nocere desiderat, d, cap. 1, & can. Quinquis 1, quest. 3, Scripturâ, si quis testamentum, vel aliud instrumentum falsum scribat, signet, recitet, celeb. subjiciat, & item lex Cornelii de falsis Instit. Depubl. ind. l, 1, §. qui in rationib. l, 2, & l. Quid sit falsum 23, D, d, tit. Item si in testamento quid libi adscribat, l. Si quis legatum 6, D, eod. Facto, si quis falsam monetam percutiat, l, Qui falsum 19, D, eod & tit. C. De falsa monetâ, si in aurum quid vitii addat; si argenteos nummos adulterinos conflet, l. Cornelii 9, D, d, tit. Si pondera aut mensuras publicè probatas corrumpat, l. penitus D, eod. Si signum adulterinum faciat, seculpat, exprimat, d, loco Instit. si duobus eamdem rem in solidum vendat, l. Qui duob. 21, D, eod. si iudicem corruptat, l, 1, in princ. & d, l. Qui duob. Vbi

denique, si quis falsis literis utatur, cap. Ad falsiorum 7, Ext. hoc tu si falsas leges alleges, l fin. D, d, sit si falsum nomen aut cognomen libi usurpet, l. Falsi 13, l. nos 27, insine D, eod. aliisque exemplis hæc illustrati possent, nisi prolixitas molesta efficeret.

§. 3. Pena falsi ex iure civili.

Pena falsi in servos ultimum supplicium est, in liberos deportatio & omnium bonorum publicatio, d, loco Instit. & l, 1, in fine D. Ad L. Corn de fals. Auth. Boni damnatorum C. de bonis proscript. & ibi d. Interdum tamen pro criminis qualitate remissus, mi in d l. Quid dubi in fine, interdum severius vindicatur, si in crimen falsa moneta, addendum d, l, 1, in fine.

§. 4. Pena falsi ex iure Canonico circa literas Apostolicas.

Adde ex praescripto juris Canonici: si quis falsum circa Apostolicas literas ad misericordie communicatione notatur, & Clericus officiis & beneficiis Ecclesiasticis exiuit, cum etiam degradatur, si per se hoc crimen exercuerit. Ita enim ab Innocentio III. difterè constitutum est, cuius verba, plenioris cognitionis causâ, hic libertate subjicere: Ad falsiorum confundendam malitiam, & iusta: De communis fratribus nostrorum confilios duximus statuendum, ut, qui licetis nostris vii voluerint, eas prius diligenter examinent: quoniam si falsis literis seulos dixerint ignorantes, eorum seruam penitentiâ evitare, nequibus penas inferiùs a notata. Nos enim omnes fallarios literarum nostrarum, qui per se vel alios viuum falsitatis excreant, cum fautoribus & de-